nis doctrine vel ſapientie. Qui ſolum dei filijs
eſt communicandus qui doctrinam gratanter
ſuſcipiant. Quia ſapientiam ⁊ doctrinam ſtulti
deſpiciunt. Prouerb.j. Et dicit notanter ſtulti
pluraliter. Quia plures ſapiētibus ſtulti. eo ꝙ
ſtultorum infinitus eſt numerus. Eccl.j. Et.ij.
ethi. dicit Ariſto. Praui homines ſunt vt ī plu=
ribus. boni vt in paucioribus. Cui ↄſonat Ou
dius in.iij. de arte amandi. Pluraq̧ ſunt ſemꝑ
deteriora bonis. Et hi mali ſunt nec filij dei imi
tatione ſed ſoli boni. Ideo non eſt bonū ſumere
panem filiorum ⁊ dare canibus ad manducan=
dum. Matth.xv. Doctrina ergo dicitur panis
quia per illam vita ſpiritualis ſuſtentatur. Ideo
de quolibet bono homine dicitur Eccl.xv. Ci=
bauit illum pane vite et intellectus. Sextus pa
nis eſt amicorum. ⁊ hic eſt panis ſacramenti ad
quem nullus accedere debet niſi ſit amicus dei
quia ſolum amici ad hunc panem inuitantur ad
comedendum. Cañ.v. Comedite amici mei ⁊ in
ebriamini chariſſimi. Sꝫ nota ꝙ iſte panis ſan=
cte euchariſtie congrue ponitur poſt panem fi=
liorum ſancte doctrine. quia doctrina ſcā opti=
me diſponit ad panem ſancte eucharîſtie. ſicut
figuratum eſt Ruth.ij. vbi legitur ꝙ Ruth pau
percula conſilio Neomi ſocrus ſue iuit ad agꝝ
colligere ſpicas poſt tergum metentium quam
videns Boos confortans eam dixit. Ne vadas
ad colligēdum ad alium agrum nec recedas ab
hoc loco. Sed iunge te puellis meis ⁊ vbi meſſu
erunt ſequere. Spiritualiter Boos interpretatur
fortitudo ⁊ ſignificat chriſtum qui eſt fortitudo
certantium. Per Ruth que interpretatur defe=
ctio ſubaudi animam peccatricem que quotidie
patitur defectum gratie dicitur. Socrus vero
que eſt conſcientie infeſtatio. infeſtat ipſum vt
vadat ad agrum chriſti. id eſt. ſacre ſcripture ⁊
colligit ſpicas. id ē. documēta. Tandem Boos
id eſt. chriſtus dominus agri preferens anime ī
ſpirationes vt illa audiens ſuſcipiat. Et ſuſce=
pta opere compleat et cum venerit hora cibum
ſumendi ſcilicet corpus chriſti poſſit ſumere cuꝫ
alijs qui ſeruiūt deo ſicut Boos precepit vt co
mederet ⁊ biberet cum ſeruis ſuis. id eſt. meſ=
ſoribus. Septimus panis et vltimus eſt beato=
rum. et eſt panis ſuauitatis eterne. de quo dici=
tur Luc.xiiij. Beatus qui māducat paneꝫ in re
gno celorum. Hunc panem chriſtus nobis diſ=
poſuit per ſuam incarnationem predicationem
et miraculorum operationem paſſionem reſur=
rectionem et aſcenſionem. Sicut dixit Luc.xxij
Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater
meus regnum vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſaꝫ
meam in regno meo. ad quod regnum nos per=
ducat. ⁊c.

Dominica ſeptima poſt trinitatis. Sermo quartus.

Poſtulerunt
quod ſuperauerat de fragmentis
vij. ſportas. Mar. vbi. s. ſm na=
turales et Greg. Septē ſunt ſtelle in firmamen
to ſimul coniuncte quā ab aſtronomis plyades
⁊ a vulgaribus ſeptiſtellium ſiue vergilie voci=
tantur. que tempe hyemali oriuntur ⁊ quāto auro
ra eſt ſerenior tanto melius ab alijs diſcernuntur
vna vero inter. vij. latere videtur inter illas. Mo
raliter per firmamentum eccleſia ſancta figura
tur ꝓpter duo. Primo ſicut firmamentum inter
duos polos rotatur quorum vnus eſt ſeptētri=
onalis qui nobis nunꝙ̄ occidit. ⁊ dicitur polus
articus. Alter aūt auſtralis qui antarticus dici
tur ⁊ nunꝙ̄ a nobis videtur. Sic ſancta eccle=
ſia vſatur inter duo teſtamenta ſcilicet vetus ⁊ no=
uum quorum vnum ſcꝫ vetus bona. ſ. viſibilia ⁊
pſentia promittebat. Leuit.xxvj. Et Deut.xj.
Si mandata mea cuſtodieritis dabo vobis plu
uias temporibus ſuis. terra gignet ſemen ſuum
pomis arbores implebuntur. Panem comedetis
in ſaturitate. Auferam inimicos de finibus ve=
ſtris. Et Eſa.j. Si audieritis me bona terre co=
medetis. Aliud vero teſtamentum. ſ. nouum in=
uiſibilia ⁊ futura ꝓmittit. Vñ Matth.iiij. Peni
tentiam agite appropinquabit enim regnuꝫ ce=
lorum. Et Matth.xix. Si vis ad vitā ſcꝫ eter=
nam ingredi ſerua mandata. Scdo ſicut firma=
mentū in. xij. ſigna diſtinguitur ꝙ ſunt aries. thau
rus. ⁊c. Sic fides eccleſie in. xij. articulos. In
iſto quidem firmamēto ſcē eccl'ie ſunt. vij. ſacra
menta que ſunt baptiſmus. confirmatio. eucha
riſtia. penitētia. matrimoniuꝫ. ordo. ⁊ vnctio ſa
cra. que patent in his metris. Abluo firmo ci=
bo piat vxor ⁊ ordinat vngit. Ordo voluntatis
thorus eſt dant qnq; neceſſe. Ordo non iterat
nec confirmatio nec fons. Sed hec. vij. ſacra=
menta ſignificatur per. vij. ſtellas que plyades
vocantur. quia ſicut predicte ſtelle tempe hye=
mali oriuntur. ſic omnia ſacramenta tempore
paſſionis chriſti. quod tunc tempus per hyemē ſi=
gnificatur orta ſunt. quia efficaciā habent a paſ
ſione chriſti. Et ſicut vna ſtella inter illas late=
re videtur. Sic ſacramentū eucharîſtie latet et
occultatur ſub accidentibus. quia ſacramentuꝫ
eucharîſtie non poſſumus videre in corpe glori
ficato. vt dicit magiſter in. iiij. li. ſententiarum.
diſt. ij. Exemplum de Moyſe in cuius faciem filij
iſrael non poterant propter claritatem vultus
eius videre. Exod.xxiiij. Et. ij. Cor. iij. Ideo no
bis velatū ſub accidentibus miniſtratur. At licet

propter iſtam cauſam nec boni nec mali pñt in=
tendere in faciem .i. in corpꝰ chriſti. Singulariť
tamen hoc a malis remouetur ꝓpter indignita=
tem. cuiꝰ figura habetur in bethſamitibus qui
poſtq̄ reuelauerunt arcam ⁊ viderunt nudam
mortui ſunt de numero alioꝝ. lxx. de plebe v̄o
q̄nquaginta milia. vt patet .j. Reg. vj. Et hec q̄
dem ſacramenta que ſignantur vt iam dictū eſt
p ſeptem ſtellas in p̄ſenti euangelio figuranť p
vij. ſportas. Quia ſicut ſporte erant plene fra=
gmentoꝝ. ita ſacramenta eccľie ſunt plena gra
tiarū. Et ſicut ſporte exteriꝰ apparent. fragmē=
ta aūt interius latent. Sic ſacramenta in rebus
viſibilibus danť ⁊ interius habent inuiſibilem
gratiā. Quia dicit Augꝰ. in li. de doctrina chri=
ſtiana. c. xj. Sacramētū eſt inuiſibilis gratie vi
ſibilis forma. Ideo dicit. Suſtulerunt qḋ ſupa=
uerat de fragmentis. in quibꝰ v̄bis duo tangun
tur. p̄mo fragmentoꝝ ſupfluitas a chriſto mul
tiplicata. ſcḋo ſacramentorum. vij. pluralitas i
B ſportis figurata. Circa quod notanduȝ. prima
ſporta ſignificat primū ſacramentum ſcȝ baptiſ
mum quod ſm magiſtrū li. iiij. di. ij. Inter noue
gratie ſacramenta primuȝ eſt, de quo quattuor
ſunt videnda. quid ſit baptiſmus. que ſit for=
ma quando inſtitutus. ⁊ que cauſa inſtitutionis
Primo ergo baptiſmus vt dicit magiſter vbi. s̄
di. iij. dicit tinctio. i. ablutio corporis exterior fa=
cta ſub forma v̄boruȝ p̄ſcripta ſcȝ a chriſto. Si
enim fiat ablutio ſine v̄bo ſcȝ vocali non eſt ibi
ſacramentū. ſed accedente verbo ad elementuȝ
fit ſacramentū. Alia aūt ſicut ſal ⁊ exorciſmus
ſunt ad ſolennitatem ⁊ decorem ſacramenti. Et
dicit glo. ꝙ illa omittens ſine neceſſitate pec=
cat mortaliter. q2 augent deuotionem vel in ipo
ſuſcipiente vel porrigente vel circumſtantibus
Secūdo de forma. Nota que eſt hec. Ego te ba=
ptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amen.
Ideo dicit Alexander. iij. de baptiſmo ⁊ eiꝰ effe
ctu. Si quis puerū ter in aquam merſerit in no
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. ⁊ nō dixerit.
Ego te baptizo in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti
non eſt puer baptizatus. Dicunt tñ cōiter doc.
ꝙ ego ⁊ amen. non ſunt de neceſſitate ſacramē=
ti. Qui tamen ex certa ſcientia omitteret pec=
caret. Sed addit ibideȝ decretalis de quibꝰ du=
bium ſit dicēs. De quibus dubitatur an ſint ba
ptizandi baptizentur his verbis. Si baptizatꝰ
es non te rebaptizo. ſed ſi non es baptizatꝰ ego
te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti.
Et ſm glo. Si prius baptizatus eſt nihil ſecūdo
additur. ſed ad vocem refertur talis iteratio. et
eſt ſignum ſolūmodo ꝙ ſit baptizatus. vt. lxviij
diſt. §. quia ergo. Tertio quando baptiſmꝰ eſt
inſtitutus dicit magiſter. li. iiij. diſt. iij. c. j. ꝙ in=
ſtitutio eſt facta quando chriſtus baptizatꝰ fuit
a Johanne in iordane. quia tunc contactu mun
de carnis ſue vim regeneratiuā contulit aquis.
vt qui poſtea immergerentur inuocato nomine
trinitatis a peccatis purgarenť. Sed quidā di=
cunt baptiſmum inſtitutum quando Nicodemo
dixit chriſtus. niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua et
ſpūſcō. ⁊c. Joh. iij. Alij aūt dicūt inſtitutionem
factā cū apoſtolis dixit. Ite docete oēs gentes
baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ=
ſancti. Mar. vlť. Sȝ dic ꝙ per verba que dixit
ad Nicodemum ſolum baptiſmus eſt notificatꝰ
Sed cum dixit apoſtolis. Ite docete tunc vſus
baptiſmi eſt inchoatus vt dicit Glo. Quarto cā
inſtitutionis baptiſmi eſt innouatio mentis. vt
hōīo qui per peccatum vetus fuerat. p gratiā
baptiſmi renouetur qḋ fit de poſitione vitioꝝ
⁊ collatione virtutum. Sic eniȝ fit quiſquis no=
uus homo vt abſolutus peccatis ornetur v̄tuti
bus. Ablutio peccatorum pellit feditateȝ. Glo.
corporis ⁊ anime. Appoſitio virtutuȝ affert deco
rem. Et hec eſt res ſacramenti. ſ. interior mūdi=
cia. hec magiſter diſt. iij. c. vlť. Nā in puulis mū
dat originale peccatum intm̄ vt ſi añ annos di=
ſcretionis diſceſſerint veniunt imediate ad chri
ſtum. In adultis vero fit remiſſio oīm peccato
rum. ſ. originalium actualium venialium ⁊ mor
talium etiam totiꝰ pene debite ꝓ peccatis. ſi ha
beat ꝓpoſitum non peccandi ⁊ malum diſplice
at ei. Circa hoc ſacramentum primo queriť an b
pōt conferri a malis miniſtris: Rñdet Petrus
de tharen. iij. p̄ncipali arti. j. ꝙ bonitas mini=
ſtri eſt de congruentia ſacramenti non de ſub=
ſtantia. Nā ea que de ſubſtantia ſunt oportet eē
certa. bonitas v̄o miniſtri ē incerta. Ideo ſi de
ſit nō minus eſt ſacramentum. Et infra arti. ij.
Miniſter inquit non eſt agens p̄ncipale ſed in=
ſtrumentale. ⁊ ideo non oportet ꝙ habeat apō
ſe formam quā imprimit ſicut agens principale
Nam per malum miniſtrum poteſt dominꝰ da=
re bonū donum vnde eque vtilis ⁊ bona eſt ſu=
ſcipienti talia data per malum ſeruū ſicut ⁊ per
bonum. Et ſubdit arti. iiij. Malus miniſter aut
baptizat cū ſolennitate vt miniſter eccleſie. aut
ſimpliciter in articulo neceſſitatis. ſicut vetula
ſolet baptizare p̄mo peccat mortaliter. ⁊ ſi pec=
catum ſuum recolit ⁊ non penitet. Scḋo modo
non peccat. hec Petrus. Et ſequitur in toto ſan
ctum Tho. Ideo dicit magiſter li. iiij. di. vj. c. ij
Quicūqȝ ſit ſi baptizat ſi ſeruatur forma a chri=
ſto tradita verū baptiſmum dat. ⁊ ideo qui illū
ſumit non debet rebaptizari. dicit tamē doctor
ſubtilis ſuper. iiij. q. j. Si hereticꝰ baptizat par
uulum in forma ⁊ intentione eccleſie. tunc nihil
obſtat paruulo quantum ad ſacramentum nec

quãtũ ad effectum eius. Sed ſi baptizat adultũ qui intendit eſſe diſcipulus ipſius non ſuſcipit rem ſacramenti. Si aũt baptizatus non habet malum motum. puta conſenſum in hereſim ſuſcipit ſacramentum ⁊ rem ſacramenti. verũtamen ab hereticis ab eccleſia preciſis non eſt ſumendum ſacramentũ niſi in cauſa neceſſitatis. ĩ quo etiam nõ baptizati ſm ſanctũ Tho. ſi intendũt facere qḋ eccleſia facit conferunt ſacramentum Scḋo queritur quid ſit faciendũ ſi ſacerdos nõ vult baptizare niſi ſimoniace pro pecunia? dicit Tho. q. v. ar. v. in tali caſu petens baptiſmum. ſi eſt adultus baptizetur baptiſmo flaminis et ſufficit ſibi tunc nec debet ſimoniam facere. Si aũt puer ſit baptizandns, tunc debet ipſemet ꝓ ꝯ puer baptizari ꝙ̃ ſacramenti precium dare cum licitum ſit ei aquã emere. Si aliquis eaꝫ nõ poſſit habere. Idem tenet Petrus ⁊ doctor ſubtilis. Quia ⁊ idem dic̃ doctor ſubtilis. ꝙ poteſt emere aquã a ſacerdote eſto etiam ꝙ ſit ꝯſecrata non habendo oculum ad conſecrationem qꝛ tm̃ valet quantũ ꝯſecrata. Sicut licet vendere calicem conſecratum non habendo reſpectũ ad ꝯſecrationẽ. Similiter ſi ſacerdos nitatur vendere actũ baptizationis põt ille qui offert puulum tñ non intendẽs actum illum inquãtũ eſt ſacramentalis. ſed laborẽ ſacerdotis in illo actu. Sicut conducunt̃ hodie ſacerdotes ad celebrãdum miſſas non ꝙ ipſi vendant ⁊ alij emãt actũ celebrationis inquantũ eſt ſacramentale qḋ abſit. Sed ꝙ ipſi. ſ. vendunt laborem. quia oportꝫ vnumquẽqꝫ de ſuo labore taliter ⁊ qualit̃ victũ
E acquirere vel victuale. hec ille. Tertio queritur vtrum puer poſſit baptizari ĩ matris vtero? Ad hoc rñdet magiſter. in. iiij. ſententiarum. di. vj. c. iij. ꝙ nullus in vtero matris baptizari poteſt etiam ſi mater baptizet̃. Et rõnem ponit Iſiḋ. de ſum. bo. Et habetur de conſe. di. iiij. Qui in maternis ſunt vteris. ideo baptizari nõ poſſunt quia qui natus in lucem corpalem ſm Adaꝫ. i. carnem non eſt. ſm chriſtum non poteſt renaſci neqꝫ regeneratio in cum duci poteſt in quem generatio nõ preceſſit. Sed hoc intelligitur de baptiſmo fluminis. Ideo dicit doc. ſubtilis di. iiij. pte. j. q. iij. ꝙ poteſt baptizari baptiſmo flaminis. ſicut patet de ſanctificatis in vtero. vt patꝫ de Hieremia. Hiere. xij. de Iohanne. Luc̃. j. Similiter baptiſmo ſanguinis. ſi occidit̃ mat̃ grauida ꝓ iuſticia. quia ea de cauſa perſequit̃ puulum in vtero qua ⁊ matrẽ. Sed de baptiſmo fluminis dicit. ꝙ ſi puer ſm omnes ptes eſt in vtero matris non poteſt baptizari. qꝛ non poteſt ĩmediate ipſum aqua ꝯtingere. Sic nec poteſt lauare. Si aũt apparet ꝓncipalis pars puta caput tunc ſimpliciter poteſt baptizari. intellige ſi timetur periculum mortis. non inquit eſſe veriſimile ꝙ in die penthecoſtes quando baptizabãtur tria milia hominum ꝙ quilibet lauaret̃ quãtum ad totum corpus. Sed precipue quantum ad faciem aſpergendo. vel quantum ad caput perfundendo. Si autem apparet pars minus principalis illa eſſet baptizanda. quia in ea eſt tota anima licet non omnes ſenſus vt in capite ⁊ poſtmodum poſſet baptizari ſi naſceretur viuus ſub conditione. vnde dicendo ꝙ deus ſuppleret illud ꝙ in potẽtia impediret. Et talis puer ſi naſceretur mortuus ſepeliendus eſſet in terra benedicta. hec Scotus. Et hoc etiam tenet pariſieñ. in terminis. diſt. vj. Sed tamen notandum ꝙ preſbyteri non debent accedere ad partum mulierum. Si igitur contingit difficultas pariendi et ibi timetur mors pueri debent mulieres obſtetrices adeſſe. ⁊ in caſu ſi pars principalis vel minus principalis apparet vt in neceſſitate ne perderetur anima. hanc partem baptizaret. Quia dicit Auguſtinꝰ in quolibet mẽbro tota ⁊ integra anima eſt. Sicqꝫ totus baptizatus crederetur. et in tali caſu ſi conualuerit puer tali modo debet hoc preſbytero mulier publicare. Et preſbyter debet formam verborum ab ea prolatam audire cum teſtimonio perſonarum que preſentes in baptizando extiterunt ꝙ ſi debitam formam audierit ſeruatam circa baptizatum in quacũqꝫ neceſſitate tantum cõpleat ⁊ ſuppleat neglecta. Si vero circa formaꝫ erratum fuerit. tunc ipſum cum debita forma baptizet. Cautius tamen eſt vt pueri non plene nati. ſicqꝫ in neceſſitate baptizati ſub conditiõe baptizentur. vt ait doctor Scotus nominatꝰ. Se F
cunda ſporta ſignificat ſcḋm ſacramentum qḋ eſt confirmatio. vt ait Euſebius papa. de cõſe. diſt. v. c. Apoſtolus. ab alijs perfici nõ põt niſi a ſummis ſacerdotibus. vel ſm glo. habentibꝰ autoritatem ipſorum videlicet epiſcopis. Et dicit magiſter li. iiij. diſt. vij. Virtus huius ſacramenti eſt donatio ſpirituſſancti ad robur qui in baptiſmo datus eſt in remiſſionem. ⁊ ideo ꝯfert hoc ſacramentum cum ſigno crucis. cum dicit. Ego ſigno te ſigno crucis. ⁊ cõfirmo te chriſmate ſalutis ĩ noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Et hoc chriſma cõficitur ex oleo ⁊ balſamo. Per oleum virtus ſpirituſſancti deſignat̃ quo ⁊ chriſtus vnctus dicitur. pſ̃. xliiij. Unxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. vt ſic a chriſto dicantur chriſtiani quaſi ſub ipſo militantes. Per balſamum odor fame oſtendit̃ quã neceſſario eſt habere eos qui inter mundanos conuerſantur. vt Auguſtinus. xij. q. j. c. Nolo.

Huc inquit ſunt res.conſcientia ⁊ fama.conſci=
entia eſt neceſſaria tibi. fama proximo. Et ta=
men fructus huius ſacramenti quod dat prudē
tiam et conſtantiam roburq; ad pugnandum.et
dat augmentum gratie cum plenitudine ſancti=
tatis ſcientie et virtutis. Ideo dicit pariſieñ.q.
j.ꝙ in hoc ſacramento cōfertur gratia ⁊ robur
G in confeſſione veritatis ꝯtra aduerſarios. Ter
tia ſporta ſignificat tertium ſacramentum ſcili=
cet eucharíſtie.id eſt.bona gratia. Quia in hoc
ſacramento nonmodo eſt augmentum virtutis
et gratie. Sed ille totus ſumitur qui eſt fons et
origo totius gratie.de quo ſacramento dictum
eſt ſupra.parte prima.in bona.v.feria.⁊ in iſta
parte ſecunda.ſermone.xxxij.⁊ ſermone.xxxiij
Ideo ad preſens pretermitto. Pro informatio
ne tamen ſacerdotum ſimpliciū hic primo que
ritur.quid facere debeat ſacerdos quando poſt
ſumptionem corporis chriſti percipit ſe ſolam
aquam infudiſſe.vel poſt perceptionem calicis
vertit ſe ad ſolam aquam? Rñdet doctor ſubtil'
ſuper.iiij.ſententiarū.q.iij.ꝙ debet illam aquā
caute effūdere ſup altare ⁊ de nouo vinū cū mo
dica aqua infundere ſi nihil de ea remanſit in ca
lice et poterit redire a cornu altaris. Et ſatis in
breui tempore ab illo loco canonis. Simili mo=
do poſtꝙ̄ cenatum eſt ⁊c̄.cōtinuare vſq; ibi. vñ
memores ⁊c̄. Et illis verbis prolatis cum debi
ta reuerentia ſumere ſanguinem ne ſacramen=
tum ſumatur diuiſim. Quia diuiſio eiuſdem ſa=
cramenti non poteſt ſine grandi ſacrilegio ꝓ
uenire de cōſe.diſt.v. Relatum. vbi etiam dicit
ꝙ a cōmunione vno anno repulſum ſe nouerit.
Sed ſi obijceres ꝙ hoc ſacramentum eſt tantū
a ieiunis ſumendum.⁊ ſi poſt ſumptionem aque
pure ſanguinem chriſti ſumeret non eſſet ieiun⁹
Dicit doctor ſubtilis vbi ſupra. ꝙ nō ita ſtricte
ꝓhibet eccl'ia nō ieiunū ꝑcipere. Et dicit ſanct⁹
Tho.ꝙ p̄ceptū de ꝑceptione ſacramenti ē ma=
ioris ponderis ꝙ̄ ꝙ a ieiuno ſumat̄. Non enim
ponitur in.c. Relatum.ꝙ ſuſcipiens non ieiun⁹
reus eſt dominici corporis vel ſacramenti.neq;
ꝙ ibi eſt ſacrilegium.neq; repellitur a commu=
nione per annum.ſicut hic ſimpliciter. Si iterū
obijcias ſcandalum eccleſie. Si populus perci=
pit illum non conficere ſanguinem. Reſpondet
Scotus.ꝙ hoc ſcandalum eſt phariſeorum ac=
ceptum non datum. Matth.xvj. Poteſt tamen
ſacerdos ſcandalum cauere ſi caute facit.vt di
ctum eſt ſupra. Secūdo queritur quid faciat ſa=
cerdos cui occurrit aliquod peccatum cum iaʒ
ſit indutus vt habeat neceſſe ire et celebrare?
Reſpondet doctor ſubtilis Scotus. ſuper.iiij.
H diſt. Nonne quis tenetur prius antequam ſe in=
duet confiteri et reconciliari non tantum deo:
ſed et eccleſie ad hoc vt digne recipiat ſacramē
tum vnitatis eccleſie. Si autem non occurrat
oportunitas penitendi et confitendi ſi poteſt ſi
ne ſcandalo tenetur non communicare. Si au=
tem occurrat ſcandalum niſi communicet vtpo
te. ſi indutus eſt vt poſtea occurrat ſibi conſci=
entia de peccato mortali poteſt cum contritio=
ne et voluntate cōfitendi tempore oportuno ce=
lebrare vt ſcandalum euitet. Tertio queritur.
vtrum pollutio nocturnalis impediat a celebra
tione? Reſpondetur ex glo.in ſum. diſt.vij. Si
pollutio ex infirmitate accidit non prohibet a
ſacramenti perceptione. ſed a confeſſione niſi
inſtet neceſſitas. Si ex precedenti turpi imagi=
natione accidat. ab vtroq; prohibet. Quarto
queritur an ſacerdos in preparatiōe calicis de=
bet aquam vino apponere? Reſpondent docto
res ſuper.iiij.ſententiarum. diſt.vj. Aqua non
eſt huius ſacramenti propinqua materia ſed re=
mota. Ideo debet ita modicum apponi ꝙ in vi=
num faciliter et totaliter conuertatur et a ſuis
proprietatibus vinum non tranſmutetur. et ita
credimus chriſtum feciſſe.et iſte eſt vſus roma=
ne eccleſie. Et deſignat aqua illum populum fi=
delem virtute paſſionis redemptum et chriſto
vnitum. Ideo dicit magiſter li.iiij.diſt. xj.c.viij
Aqua admiſcenda eſt vino.quia aqua populuʒ
ſignificat qui per paſſionem chriſti redemptus
eſt. Et hic notare debent ſacerdotes ꝙ vinuʒ in
ampulla a miniſtro porrecta ſibi.non benedi=
cit ſed ſolum aquam.quia dicit Guilhelmus in
rationali diuinorum libro quarto.ꝙ aqua bene
dicitur qñ vino admiſcet̄.vinū vero nō. Et hoc
ideo. quia vinum in hoc loco ſignificat chri=
ſtum qui nulla eget benedictione. Aqua vero
populum qui in hac vita nequit eſſe ſine pec=
cato propter quod indiget benedictione dei vt
reddatur dignus ad vnionem cum chriſto. Vel
etiam quia populus per aquam ſignatus vni=
tur chriſto ſolum per benedictionis gratiam.
Quinto queritur de forma conſecrationis pa= I
nis et vini. dicunt quidam ꝙ forma conſecran
di corporis conſiſtit in his verbis. Hoc eſt eniʒ
corpus meum. Sed forma conſecrationis vini
eſt iſta. Hic eſt calix ſanguinis mei. Et non pl⁹
et hoc credo verum. Et hoc tenet Petrus de
Tharenta. Alij credunt ꝙ debet addi noui et
eterni teſtamenti myſterium fidei. Alij vltra
hoc dicunt addendum qui pro vobis et pro
multis effundetur in remiſſionem peccatorum.
Et multi tenent vltimam opinionem tanꝙ̄ ſecu
ram et ſecuriorem. Prima tamen eſt omnino ſe
cura ex ſimilitudine ad formam conſecrationis

chriſti vt planũ eſt.nihilominꝰ tñ ſacerdos ante
totam eleuationẽ calicis vel infra debet oīa p̄=
miſſa p̄ferre vſqꝫ ibi.vnde ⁊ memores.⁊ hec du
bia duntaxat inſeruit ꝓ ſimplicibus ſacerdoti=
bus ⁊ non pro laicis nec eſt multum ꝓ eis vt ip
k ſis ꝓponatur.Quarta ſporta eſt quartuꝫ ſacra
mentum videlicet penitentia.que ſm Aug. Eſt
peccatorum maculam ⁊ reatum abſcindere. et
eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere.⁊
hec deſcriptio ſufficiens eſt. quia continet totã
ſubſtantiã huiꝰ ſacramenti.Qḋ patꝫ quia peni=
tentia eſt medicina contra mortale peccatum.
Et quia in peccato mortali tria ſunt. primuꝫ eſt
culpa.ſcḋm macula.tertiũ reatus obligans ad
penam.Jdeo penitentia ſolet habere tres ꝑtes
Prima eſt contritio cordis contra culpam. Se
cunda eſt cõfeſſio oris cõtra maculam. Tertia
ſatiſfactio operis cõtra reatum.Aliter aũt do=
ctor ſubtilis.q.iiij.diffinit penitẽtiã ꝓut ẽ ſacra
mentum.Penitentia eſt ablutio hoīs penitẽtis
facta certis verbis cum debita intentione ꝓla=
tis a ſacerdote iuriſdictionem habente ex inſti=
tutione diuina efficaciter abſolutionẽ aīe a pec=
catis ſignificantibꝰ.Et infra inquit. non eſt ne=
ceſſarium ꝙ ſint v̄ba iſta p̄ciſe in hoc ſacramen=
to.qꝛ ſufficit ꝙ exprimatur actus ſententie ab=
ſolutiōis.Sicut enī in iudicio publico nõ opor=
tet eſſe limitata v̄ba cõiter tñ ſunt iſta v̄ba.Ego
abſoluo te.Et dicit pariſieñ.ꝙ alia que p̄mittũ=
tur vel ſequunt̄ ſm diuerſarum eccleſiarum di=
uerſam conſuetudinem adijciuntur.Jdẽ piſieñ.
q.iij.nec eſt de neceſſitate in noīe patris ⁊ filij ⁊
ſpũſſcī.quia nõ eſt a chriſto inſtitutum ſicut i ba
ptiſmo.Quinta ſporta eſt quintum ſacramentũ
ſcꝫ matrimonium et eſt viri et mulieris legitti=
ma coniunctio indiuiduam vite conſuetudinem
retinens.xxvij.q.ij.§.j.⁊.c.Cum ſocietas.⁊ di
cit notanter viri ⁊ mulieris.et nõ virorũ vel mu
lierum nec mulierum ⁊ viri.quia vnus vir plu=
res mulieres ⁊ vna mulier plures viros habe=
re non debet.Sed fuit aliquando licitum ex di=
uina diſpenſatione vt patuit ſupra.ſer.xxxvij.
J.Et addit ſanctus Tho.ꝙ per inſpirationem
internam principaliter ſanctis patribus facta ẽ
diſpenſatio vt ꝑ ipſos ad alios deriuata eo tem
pore quo multiplicatio prolis erat neceſſaria q̄
eſt finis principalis matrimonij. de hoc quere
plura parte prima circa dominicam. Nuptie fa
l cte ſunt in chana galilee.Sexta ſporta eſt ſextũ
ſacramentum videlicet ordo.Eſt autem ordo ſi
gnaculum quoddam eccleſie per quod ſpũalis
poteſtas traditur ordinato vt dicit magiſter li.
iiij.di.xxij.Et ſunt ſepteꝫ ordines.vt tradit ma
giſter li.iiij.di.xxiiij.iuxta ſeptiformem ſpirituſ
ſancti gratiam.Primus ordo eſt hoſtiariorum

qui preeſſe debent hoſtijs ne ſcꝫ infideles et ex=
cõicati canes aut beſtie intrent. Et eis cum or=
dinant̄ claues dant̄ eccleſie ab ep̄o.⁊ ſic dr̄ eis.
Agite tanq̄ deo rationẽ reddituri ꝓ rebus que
clauibus iſtis includunt̄.hoc officium dñs im=
pleuit in ſua perſona qñ flagello quaſi de funi=
culis facto vendentes ⁊ ementes eiecit de tem=
plo.Joh.ij.⁊ Matth.xx.Scḋs gradꝰ eſt lecto
rum qui lectores a legendo.ſic̄ pſalmiſte a pſal=
mis canendis dicti ſunt vel vocati.hoc officiuꝫ
chriſtus adimpleuit cum in die ſabbati in ſyna=
goga librum Eſa.aperiẽs legit. Spũs dñi ſuꝑ
me eo ꝙ vnxit me euangelizare paupibus miſit
me Luc.iiij.Tertius ordo eſt exorciſtarũ q̄ di=
cuntur adiurantes in latino.inuocare nãqꝫ ha=
bent ſuꝑ cathecuminos ⁊ ſuꝑ eos q̄ habẽt ſp̄m
īmundũ ꝑ nomen dei iurantes ab eis. hoc offi=
cio vſus eſt dñs ſepe cum demoniacos ſanauit.
Quartus eſt ordo accolitorũ q̄ latine cerofera
rij dicunt̄ qꝛ candelas portãt qñ euãgeliũ legit̄
⁊ eas tenent qñ altaris ſacramentũ eleuat̄.hoc
officiũ teſtat̄ dñs ſe habere cũ dixit.ego ſuꝫ lux
mũdi.Joh.viij.Quintꝰ ordo eſt ſubdiaconorũ
qui ita dicti ſunt.qꝛ diaconi p̄ceptis ſubiacent.
Ad eos enī ꝑtinet calicẽ ⁊ patenã deferre ⁊ dia=
cono tradere.hoc officio vſus ẽ dñs qñ lintheo
ſe p̄cinxit.Joh.xiij. Sextꝰ ordo eſt diaconoruꝫ
ad quos ꝑtinet euangelium legere in miſſe offi=
cio ⁊ ſacradoti aſſiſtere ⁊ in oībꝰ q̄ ꝑ ſacerdoteꝫ
agunt̄ miniſtrare.hoc officio vſus ẽ dñs qñ p̄di
cauit.Septimꝰ ordo ẽ p̄ſbyteroꝝ.p̄ſbyt̄ enī gre
ce ſenior ẽ latine nõ ꝓpt̄ etatẽ.ſꝫ ꝓpt̄ honorẽ et
ꝓpt̄ dignitatẽ quã adepti ſũt p̄ſbyteri. iō ipi ſũt
ſemẽ cui bñdixit deꝰ Eſa.lxj.Jdcirco Eccī.vij.
dictũ eſt.Honora dñm ex tota aīa tua.Statim
ſubiungitur.honorifica ſacerdotes. hoc officio
vſus ẽ dñs cũ ſeip̄m obtulit in ara crucis. Que
ritur h̄ an in ſacramẽto ordinis caracter impri
matur.ꝙ ſic.vñ caracter ẽ quedã indebilis enti
tas quã hõ cõſequit̄ cũ ſuſcipit ſacramentũ ec=
cleſie qḋ non eſt licitũ iterare.v̄bi gratia cuꝫ q̇s
baptizat̄ ꝯfirmat̄ aut ordinat̄ imp̄mit̄ aīe eiꝰ ſi=
gnum quoddã ſpũale ꝑpetuũ ꝑ qḋ diſcernitur a
nõ baptizato nõ ꝯfirmato vel nõ ordinato. Se
ptima ſporta ſignificat ſeptimũ ſacramentũ.qḋ
eſt vnctio extrema que ẽ ſacramentũ qḋ dat̄ in=
firmis in diuerſis ꝑtibꝰ corꝑis ad venialiũ de=
letionẽ ⁊ morbi corꝑalis alleuiationẽ cũ forma
ad hoc inſtituta intentione faciendi quod eccle=
ſia facit.Et hec ẽ forma ſm doc.ſubtilem in p̄n=
cipali.ꝑ iſtam ſanctam vnctionem ⁊ ſuam piſſi=
mam miſericordiã parcat tibi deus quicquid ꝑ
viſuꝫ deliq̄ſti.⁊ ſic de alijs mẽbris vt naribus ⁊
manibꝰ.Et dic̄.ſ.Tho.q.iiij.ar.ij. Jn q̄buſdã
eccl̄ijs dicunt̄ iſta v̄ba.Jn colore hꝰ ſacri vngo

oculos tuos oleo ſanctificato. In noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti amen. Sed hec verba non ſunt forma. ſed quedā diſpoſitio ad formā. vt. ſ. Et dicit magiſter in. iiij. diſt. xxiij. c. ij. ꝙ hoc ſacramentū vnctionis infirmorū ab apoſtolis legit̄ inſtitutū. Ait eni Jacobꝰ. c. v. Infirmat̄ quis in vobis inducat pſbyteros eccleſie vt orent ſup eū videlicet. vij. pſ. vngentes eū oleo. in nomie dn̄i. ⁊ alleuiabit eū dn̄s. ſ. infirmitatē in eo mitigando. ⁊ ſi in peccatis eſt dimittent̄ ei. In quo dicit magiſter oſtenditur ſacramentum hoc duplici de cauſa īſtitutū fuiſſe. videlicet ad remiſſionem peccatorum. Et ad corporis infirmitatis alleuiationem. Item Petrus de tarenta. ij. pn̄cipali. q. iiij. dicit. hoc ſacramentum iterari pōt quia caracterem non imprimit. Ideo homo plures poteſt inungi etiam in eadem infirmitate ſi ſit longa. Si pluries incurrerit ſtatus periculoſos. ⁊ tantū ſit dictum de ſeptem ſacramentis per ſportas hic deſignatis.

Dominica octaua poſt trinitatis. Sermo. j.

Attendite a falſis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos in veſtimētis ouiū. intrinſecꝰ aūt ſunt lupi rapaces. Matth. vij. Phus dicit de Panthera ꝙ ē animal ex albo ⁊ nigro mixtū ⁊ eſt pulchre forme per corpus dempto capite quod eſt diſtortiſſimum. ꝑ triduū eni dormit cū ſaturatus eſt. deinde ſurgens emittit rugitum ⁊ odorem ſuauem ſic attrahit ſibi multas beſtias quibus veſcit̄. ſed qꝛ habet caput diſtortiſſimū ideo ne alie beſtie ipſum accedere abhorreāt abſcondit caput ponēs. ſ. inter pedes anteriores circūſpicit animalia currentia. ⁊ animal conſideratum velociter capit ipſum deuorādo. Moraliter hoc animal gerit figuram omniū hereticorum falſorum ⁊ ꝓphetarū qui mixti ſunt ex albo exterioris apparentie ⁊ ex nigro interioris malicie. volunt eniꝫ apparere exterius ſancti et boni. cum tamen interius ſunt malicia pleni de quibus dicit̄ Matth. xxiij. Ve vobis hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis q̄ foris apparent hominibꝰ ſpecioſa. intꝰ vo plena ſunt oſſibus mortuorū ⁊ omni ſpurcitia. Sic et vos quidā foris apparetis hoībꝰ iuſti. intꝰ aūt eſtis pleni hypocriſi ⁊ iniquitate. nam in eis eſt vana gloria pncipaliter. qꝛ dicit Augꝰ. xxiiij. q. iij. c. Hereticꝰ. Hereticꝰ ē q̄ alicuiꝰ tpalis cōmodi et maxime vane glīe pncipatuſq̃ ſui grā falſas ac vanas opiniones gignit vel ſeqtur. Sꝫ ſecūdario eſt in ipſis error ⁊ ꝯtumacia. qꝛ dr̄. xxiiij. q. iij. c. Qui aliorꝝ. Hereticꝰ eſt non ſolū qui errat. ſꝫ q̄ errorē cōtumaciter defendit. Sꝫ ſic pāthera caput diſtortū abſcōdit ne ab aīalibꝰ videat̄ Sic ⁊ iſti caput diſtortiſſimū elationis ⁊ ſupbie ſue abſcondūt infra pedes humilitatis falſe aut ficte ne eorꝝ elatio manifeſtet̄. Sꝫ ꝙ panthera ꝑ triduum dormit ⁊ deinde ſurgit ⁊ rugitum et odorē ſuaueꝫ emittit. denotat̄ ꝙ heretici ⁊ falſi ꝓphete tpe nature ⁊ legis dormierūt. ſed tertia die. i. tempe gratie ⁊ euangelij ſurrexerūt ⁊ rugitum falſe pdicationis ⁊ doctrine emiſerūt miſcentes eas odore dulci alicuiꝰ veritatis. qꝛ dic̄ Beda in omel̄. Nulla porro falſa doctrina eſt q̄ non aliqua vera intermiſceat. Sicq̃ multos homines beſtiales ſibi attraxerunt ⁊ ſpūaliter deuorauerunt cum ipſos in ſuam ſectam vſq̃ perduxerūt. ſicut Vuicleff anglicos ⁊ hus boemos Ideo dn̄s pmonet ſuos fideles vt ab illis ſe caute ⁊ diligenter caueant cū dicit. Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c̄. in quibus duo tangunt̄. primo ſtudioſa pmonitio ſaluatoris ibi. attēdite a fal. ſcd̄o manifeſta cognitio deceptoris ibi. qui veniunt ad vos. Pro quo notandū ꝙ ꝓphete ſunt triplices. Primi ſunt a deo miſſi in veteri vl̄ nouo teſtamento. ⁊ illi non ſunt a predicatiōibus ꝓhibendi. Nam quo ad vetus teſtamentum legitur numeri. xj. Cum Heldad et Medad predicarent. Et dicit Rabi ſalomon ꝙ pdicabant de morte Moyſi futura. ⁊ ꝙ Joſue introduceret populū in terrā ꝓmiſſiōis loco eiꝰ. Ideo cucurrit puer ⁊ iſte fuit Gerſon filius Moyſi ſm̄ hebreos ⁊ nunciauit Moyſi dicēs. Heldad ⁊ Medad ꝓphetant in caſtris. ſtatim Joſue dixit. domine mi Moyſes ꝓhibe eos. quia dicit Rabi ſalomon. ꝙ Joſue fuit motus ad hoc ne videret̄ appetere ꝓpriam gloriam ⁊ magiſtri mortē. Sꝫ expoſitores noſtri dicunt cōmuniter ꝙ motus fuit ex eo ꝙ videbatur eē cōtra reuerētiā Moyſi ꝙ in abſentia ꝓphetarent. Moyſes aūt noluit ꝓhibere eos. ſed ait. Quid emularis pro me quis tribuet vt oīs populꝰ ꝓphetet ⁊ det eis ſpiritūſanctū? Sꝫ in nouo teſtamento legit̄ Mar. ix. ꝙ Johēs dixit ad ieſum. magiſter vidimꝰ in noīe tuo demonia eijcientē ⁊ ꝓhibuimꝰ euꝫ. Jeſus aūt ait illi. Nolite prohibere eū. nemo eſt q̄ facit vtutē in nomine meo ⁊ poſſit cito loq̄ male de me. Qui eni non eſt aduerſum nos ꝓ nobis eſt. ⁊ tales cognoſcunt̄ ꝑ humilitatē. Quia chriſtus ſiue in nouo ſiue in veteri teſtamento ꝓphetas ⁊ apoſtolos elegit humiles ⁊ abiectos ne quis de ſcientia vel nobilitate generis ſuperbiret. Sicut de hoc dic̄ Augꝰ. li. iij. de verbis dn̄i ſer. xxiij. Noluit prius eligere ſenatores. ſed piſcatores magna artificis miſericordia. Scie=